

hortans, viros peritos amplectens, religiosos venerans, inopes recreans et ad omne bonum penitus subsecutus et omne malum medullitus detestatus. Quapropter et nos ^{v)}), karissimi fratres, tot ac ^{w)}) tantarum dilectionum ^{u)}) eius atque virtutum audientes insignia et laudabilium longe lateque diffusa morum eius intuentes indicia pietatisque ^{x')}) illius affectus experti frequentissime ac multifarie viscera, non inmerito intelleximus istum esse proculdubio qui a Deo constitutus esset ^{y')}) salvator mundi, multo profecto praestantius ac decentius ita vocatus quam Ioseph, qui pene solam terram salvavit Aegypti ^{v)}) ⁶⁾). Unde ^{z')}) ab universa sancta Romana ^{a')}) plebe voce almae ^{b')}) illius Annae sanctae ^{w)}) personam gestantis ecclesiae sterilis et fecundae ^{x)}) prophetico quodam modo spiritu temulento ^{y)}) cotidie clamabatur: „Dominus dabit ^{z)}) imperium regi suo et sublimabit ^{a)}) cornu christi sui ^{y')})“. Et iterum cum David orabat ^{b)}) rege pariter et ^{c)}) propheta „Da“, inquit, „potestatem sive imperium puero tuo et salvum fac filium ancillae tuae“ ⁸⁾), sanctae videlicet catholicae et apostolicae ecclesiae. Unde nos tantis indiciis divinitus incumbentibus luce clarius agnitis, superni secreti consilium manifeste cognovimus. Et quia pridem ⁹⁾) apostolicae memoriae decessori nostro papae Nicolao idipsum iam inspiratione caelesti ^{d')}) revelatum fuisse comperimus, elegimus hunc ^{e')}) merito et approbavimus una cum annisu et ^{d)}) voto omnium fratrum et coepiscoporum nostrorum atque aliorum sanctae Romanae ecclesiae ministrorum amplique senatus totiusque Romani populi gentisque togatae et secundum priscam consuetudinem solempniter ad imperii Romani sceptrum proveximus et augustali nomine decoravimus, unguentes ^{e)}) eum oleo extrinsecus ^{f)}), ut interioris quoque spiritus sancti unctionis monstraremus virtutem, qua ^{g)}) unxit eum Dominus Deus suus

u) tot ... dilectionum] attendentes dilectionem M. v) terram ... Aegypti] Aegyptum servavit M. w) fehlt M, Bi; sanctaeque H. x) sterilis et fecundae fehlt M. y) fehlt M; temulentae Bi, S. z) clamavit M. a) sublimavit M. b) orabit R; orabatur M; orat (am Rande: al. orabat Bi) H, P, Bi; orabat S, Ba. c) per idem R; per idem verbessert zu pridem H. d) approbavimus ... et] comprobavimus unanimi M. e) ungentes M, H, Bi. f) exterius M. g) quia M.

v') vos Bi. w') et Bi. x') pietatis P, Bi, Ba. y') est Bi. z') unde et Bi. a') folgt gestrichen ecclesia H. b') fehlt Bi. c') ac H, P, S, Ba. d') divina Bi. e') fehlt Bi.

⁶⁾ Vgl. Gen. 41, 45.

⁷⁾ 1. Reg. 2, 10; zu temulento vgl. 1. Reg. 1, 13.

⁸⁾ Ps. 85, 16.